

Seneca

13^ edizione

14/16 aprile 2010

Santa Maria Capua Vetere
Assessorato alla Cultura
CERTAMEN CAMPANUM
Anno Scolastico 2009-2010
dal 14 al 16
Aprile 2010
In collaborazione con:
Liceo Classico
"Cneo Nevio"
Liceo Scientifico
"E Amaldi"
Con il patrocionio di:
Ordine degli avvocati
Facoltà
di Lettere e Filosofia

Il testo da tradurre

XIII CERTAMEN LATINUM CAMPANUM

Ante diem XVII Kalendas Maias MMX

De sapientis domicilio.

Nos contenti sumus Bais; quas postero die quam attigeram reliqui, locum ob hoc devitandum, cum habeat quasdam naturales dotes, quia illum sibi celebrandum luxuria desumpsit. « Quid ergo? ulli loco indicendum est odium? » Minime; sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis convenit quam aliqua, sic regio quoque est quam sapiens vir aut ad sapientiam tendens declinet tamquam alienam bonis moribus. Itaque de secessu cogitans numquam Baias eliget, deversorium vitiorum esse coepit. Illic sibi plurimum luxuria permittit, illic, tamquam aliqua licentia debeatur loco, magis solvitur.

Non tantum corpori sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus; quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter popinas quidem. Videre ebrios per litora errantes et comessationes navigantium et symphoniarum cantibus strepentes lacus et alia quae velut soluta legibus luxuria non tantum peccat sed publicat, quid necesse est?

Id agere debemus ut inritamenta vitiorum quam longissime profugiamus; indurandus est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Una Hannibalem hiberna solverunt et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniae: armis vicit, vitiis victus est.

Nobis quoque militandum est, et quidem genere militiae quo numquam quies, numquam otium datur: debellandae sunt in primis voluptates, quae, ut vides, saeva quoque ad se ingenia rapuerunt. Non est emolliendus animus: si voluptati cessero, cedendum est dolori, cedendum est labori, cedendum est paupertati; idem sibi in me iuris esse volet et ambitio et ira; inter tot adfectus distrahar, immo discerpar.

Libertas proposita est; ad hoc praemium laboratur. Quae sit libertas quaeris? Nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in aequum deducere.

Seneca, *epist.* 5, 51

NOTANDA :

- Ad perficiendum certamen, cuius explanatio perutilis est, nihil amplius quam horae sex conceduntur;
- Lexico Latino uti licet ;
- Nusquam nomina vestra scribenda sunt.

La Commissione

Il Presidente
prof. **Aldo Luisi,**
Ordinario di Grammatica Latina alla Facoltà di Lettere e Filosofia
dell'Università di Bari

I componenti:

prof. **Giampiero Scafoglio** del Liceo Scientifico "Urbani" di S. Giorgio a Cremano
e prof. ssa **Mirella Scala** dell'Istituto Orientale di Napoli

Alla prova furono ammessi 56 studenti.

I vincitori

1° classificato: Stefano D'Alessio– Liceo Classico "P. Colletta" di Avellino

CERTAMEN CAMPANUM

ANNO SCOLASTICO 2009/2010

14/16 Aprile 2010

Giudizio della Commissione

1° CLASSIFICATO

La resa espressiva del brano senecano evidenzia profondità di esegesi e completa padronanza di codici linguistici, ne deriva un testo elegantemente fluido e rispondente alla proprietà per la scelta lessicale anche dello specifico ambito filosofico.

Il commento è di eccellente pregio non solo dal punto di vista strettamente esegetico ma anche stilistico.

La metodologia descrittiva seguita è impreziosita dalla presenza di alcune figure retoriche che si traducono nella capacità di legare strettamente l'aspetto contenutistico a quello formale.

Santa Maria Capua Vetere 16 Aprile 2010

LA COMMISSIONE

2° classificato:Mariano Puggi - Liceo Classico "Giannone" di Caserta

3° classificato: Roberta Di Dio – Liceo Classico "Pansini" di Napoli

4° classificato: Antonino Amedeo La Mattina – Liceo Classico "Foscolo" di Canicattì

5° classificato: Grazia Serao – Liceo Scientifico "Tito Lucrezio Caro" di Napoli